



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 21. An cooperatores usurarii tenentur ad restitutionem in ejus
defectum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

liberaliter, donatum, hic tenetur, ubi rescierit, restituere acceptum, & fructus extantes. Quia deest titulus justus retinendi: nam datio rei ut debitæ ex mutuo nulla est, cùm nihil sit debitum ex mutuo. Nec tunc fuit donationis liberalis, quia res data fuit ut debita. Si vero mutuator aliquid ultra sortem accipiat, dubitans, quamente illud detur, an gratis, an tanquam debitum, peccat, & tenetur accepit restituere; nam injustitiam committit, sicut is, qui dubia fide cœpit alienum possidere, & se exponit periculo alienum retinendi.

Q. 21. *An cooperatores usurarii tenentur ad restitucionem in ejus defectum?*

Resp. Tenentur omnes, qui agentes partes usurarii, sunt causa efficax, cur usuræ pertinentur, solvantur, vel non repetantur. Quia sunt causa efficax damni mutuatario injuncti illati. Tales sunt 1. Consulentes usuras. 2. Dantes pecunias eo animo, ut ex his exercantur usuræ. 3. Judices, qui compellunt ad usuras solvendas, vel vetant, ne solutæ repeatantur, qui etiam ipso facto sunt excommunicati, *Clement. un. de usur.* 4. Notarius conficiens instrumentum, fingens licitos contractus, vel falsos scribens, ut cùm dantur centum, ipse scribit centum viginti, &c. Nisi id faciat postulante mutuatario; tunc enim licet moraliter peccet, & sit perjurus; tamen non netur

rescier-
ctantes,
am da-
cum ni-
uit do-
ta. Si
recipiat,
atis, an
cepit
, sicut
ere, &

r adit-
es par-
iræ pe-
Quia
injuste
is. 2.
xerce-
luntad
e repe-
muni-
confici-
actus,
ntum,
l faciat
: mor-
onte.
netur

netur ad restitutionem, quia sponte volenti, & roganti non sit injuria. *Ita S. Antonin.* 5. Factores seu negotiorum gestores, qui contractus usurarios faciunt, & famuli cogentes ad usuram solvendam, 6. Proxenetæ, hoc est, qui querunt eos, qui pecuniam indigent, adducuntque ad usurarios, dum isto modo partes agunt usurarii. At non tenentur, dum agunt partes mutuatarii, quia tunc beneficium ei præstant, & non est in eorum potestate, ut gratis mutuum detur.

Qui autem ita remotè concurrunt, ut non censeatur causa dñni mutuatario illati, non tenentur restituere: quales sunt secundum multos famuli, qui recipiunt pignora, eaque custodiunt, qui numerant pecuniam, qui referunt omnia in librum rationum: quia non censeatur causa damni, cum independenter ab illorum opera illatum sit; & quia circa illorum operam non est invitus mutuarius, nec de illa rationabiliter conqueri potest.

Q. 22. Quænam sunt pœnæ usurariis constitutæ?

Resp. Usurarii notorii, seu manifesti sunt 1. Infames in utroque Jure, ideoque irregulares. 2. Privantur communione altaris, ac sepulturâ Ecclesiasticâ. & eorum oblationes non possunt accipi, cap. 3. *de usur.* ex Conc. Gener. Later. 3. Non debent ad Confessionem admitti, antequam satisfecerint, vel cautionem dederint,